

*Simillima Phal. Lupulinæ, sed dimidio minor. Antennæ similiter brevissima, luteæ. Alarum fascia e punctis majoribus. Synonymon itaque De Geerei ad Phal. 63. excludatur.*

cutona- E. PHALÆNA *Geometra* pectinicornis, alis cinereo-grifescens: striga ferruginea, posteriusque ordine transverso punctorum nigrorum. (p. 522. §. 149-150).

*Habitat in Europa. Berg Isacson.*

*Ordo punctorum etiam in inferiori pagina adest.*

urinana. F. PHALÆNA *Tortrix* alis superioribus flavescens macula marginali posterius fusca. (p. 531. §. 213-214).

*Habitat in Europa. Clerck.*

*Alæ flavescens: Inferiores albidiores; Superiores in medio litura oblitterata obliqua & macula fusca ad marginem exteriorem s. crassiorem, versus posteriora.*

addman- G. PHALÆNA *Tortrix* alis cinereis macula ferruginea marginis dorsalis transversa. (p. 513. §. 213-214).

*Habitat in Europa. Clerck.*

*Alæ Superiores cinereæ, parum nebulosæ, margine exteriore strigis nigris minimis; in medio marginis dorsalis macula transversa fusco-ferruginea.*

Planci. A. ASTERIAS *stellata* lobis quindecim echinatis. (p. 662. n. 8-9).

*Column. phytob. app. t. 38. f. A. Stella marina pentacaidecatia.*

*Habitat ad Coam Asiae.*



Ea quæ scimus sunt pars minima eorum,  
quæ ignoramus.

Simil-